

Praeterea, quod ab alio dicitur et ab alio auditur, verbum est. Illa ergo veritas quam Pater a semet ipso dicit quamque veritatis Spiritus facit, Verbum est. Quod Verbum simile est verbo humano et verbo evangelico, quatenus interpersonale est, quatenus ab alio dicitur et ab alio auditur. Iterum, simile est Verbo incarnato, quatenus non solum interpersonale est sed etiam persona est.

Praeterea, quam dicit Pater, quam facit Spiritus, illa est veritas secundum quam Deus caritas est. Quare, iterum simile est Verbum aeternum verbo evangelico, nam hoc ad mandatum dilectionis reducitur (Mc 12, 29.31; Rom 13, 9; Gal 5, 14); et iterum simile est Verbo incarnato, quatenus Verbum incarnatum conclusimus esse ~~hanc~~ Verbum quo Pater nobis suam dilectionem explicavit.

Praeterea, qui veritatem loquitur, non caece agit sed secundum evidentiam perspectam et propter hanc evidentiam. Sicut ergo Pater verax (Io 3, 33; 8, 26) et verus (Io 7, 28) in mundum misit Verbum ~~veritatis plenum (Io 1, 14) ut veritas sit facta (Io 1, 17)~~ veritatis plenum (Io 1, 14) imo ipsam veritatem (Io 14, 6) ut veritas sit facta (Io 1, 17), ita idem Pater ab aeterno verax verum Verbum dicit.

~~Praeterea, quamvis Ioannes technice non expresserit quam notavimus connexionem inter perspectam evite evidentiam et veritatem, tamen haud negari potest eum talem connexionem symbolice insinuasse.~~

Praeterea, hanc quam notavimus connexionem inter perspectam evidentiam atque veritatem ita technice non expressit Ioannes ut tamen eandem symbolice insinuaverit. Nam ipsam Christi missionem in mundum adventum habuit verae lucis (Io 1, 9) ut credentes in tenebris non manerent (Io 12, 46) et increduli manifestarentur iniqui (Io 3, 19). Praeterea, mundi principem (Io 12, 31; 14, 30; 16, 11) non alium habuisse videtur ac diabolus in quo veritas non est, qui mendax e propriis mendacium loquitur (Io 8, 44). Deum denique

quod ad $\varphi\acute{\omega}\varsigma$ referretur, sed $\alpha\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu$, quod $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\nu$ in mente auctoris
commonstrat.

Quae cum ita sint, una quaedam agnoscenda videtur intentio
quae a Verbo aeterno ordiatur, ^{et} ad Verbum incarnatum procedat. Erat
quidem Verbum in principio, erat apud Deum, erat Deus. Per quod tamen
omnia facta sunt; mundus ergo ei erat suus et proprius; mundus debuit
illud et cognoscere et recipere, cum in sua et propria venerit;
neque inconvenienter, quos antea ~~f~~ecerat, iis dedit potestatem filios
Dei fieri; quinimo, non inconvenienter in suis habitavit eisque
manifestavit gloriam quasi Unigeniti a Patre.

Quod si in non paucis differt Verbum creativum ab illo verbo
quo in VI Deus creasse dicitur, non ideo censendum esse videtur
Ioannem ~~magis vel de verbo Philonia~~ cogitasse ~~vel~~ de iis divinitatibus
paganis quae $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\iota$ dicebantur. Qui enim occasionem in prologo
invenit ut distingueret inter ^{legem} ~~lex~~, per Moysin datam et gratiam
veritatemque per Iesum Christum factam, qui bis ipsum prologum
interrupit ut Baptistam diceret non ipsam esse lucem sed de lumine
testem (Io 1, 6-8) eumque esse non priorem sed posteriorem (Io 1, 15;
cf. 3, 27-30), is sane non erat qui mentem suam clare et exacte
declarare dubitaret. ^{tamen} Dixerat, Paulus: sunt multi dii et multi domini,
nobis tamen unus Deus Pater ~~et~~ et unus Dominus Iesus Christus....
(1 Cor 8, 5.6). Sed apud Ioannem non legimus: sunt multi $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\iota$,
nobis tamen est unus $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$. Quod silentium potius suggerit Ioannem
~~et~~ nihil perspexisse commune inter fictas divinitates et "quod fuit
ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod ^dperspeximus
et manus ~~et~~ nostrae contrectaverunt de Verbo vitae" (1 Io 1, 1).

quodam odio contra ipsam lucem insurgat, ut cor hominis in malo induret mens que eius in excaecata in falso persistat.

Sed adhuc magis concrete rem considerari oportet. Non solum intelligentiae claritas in iudicia et iudicia in electiones ~~f~~ influunt ut vicissim electiones in iudicia et iudicia in ipsas inquisitiones, sed etiam hic processus interior, quo autonomia humana constituitur, nisi ~~centrum quoddam unum~~ ^{ex} unum quoddam e permultis est centrum continuo fere et exteriori accipit et in exterius influit.

Sicut enim quae intellecta concipimus, ponderata iudicamus, deliberata eligimus, aliis hominibus exprimimus, manifestamus, communicamus, ita ipsi ab aliis expressa, manifestata, communicata recipimus. Qua interdependentia personali, sociali sociali, culturali, historica alii aliis religamur et opponimur, neque maiori libertate singuli utimur quam quae